S. Clarissime doctissimeque dn. D. fautor pl. observande.

Quod proximis literis receperam, id his faciam otiosior. Nuptiae è sententia feliciter peractae sunt: earum solemnitatem cohonestarunt viri primarij, quibus idipsum demandatum fuerat à principibus. Nob. dn. Ottho ab Horim & ducis Henrici filij et matris illius vices sustinuit. D. Clampius Ulrici principis Holsatiae. D. Speckhan ducis Othonis Harburgij. Comites à Stol-berg et à Mansfelt miserunt ex aula legatum quisque suum. A Megapolitanis ducibus expectatur responsum in hunc diem, ut et ab alijs eius loci, ad quos scriptum fuerat: neque enim redijt tabellarius noster, qui abest altero mense. Mirum, ubi sit commoratione homo, quem ante nuptias nobis adfuisse oportebat. Praeter dictos principes invitatus fuit nemo: et suspicionem aliorum hominum fugere maluit dn. Caselius, quam ut è plurium invitatione lucrum faceret novis nuptijs. A reipub. Gottingensi habuimus hic cl. virum, dn. Gislenum

Secundis litteris intellexi, ex aula Megapol. responsum etiam allatum.

Rhumar I.V.D. sponsam (praecesserunt sequen-
faces) duxerunt nob. dn. Ottho ab Hoim et D. Campi-
Sponsus cum templum stipatus peteret, et iam sequi
uellet sponsa cum suis, ex improuiso aderat nob.
Ottho ab Hoim, cui tum cessit pater Caselius. Ita
factum fuit, ut hic domi maneret primo die: alter
uerò comitatus est sponsum cum D. Campio in mag-
frequentia hominum selectissimorum. Magdeburg
praestantissimos habuimus fidicines et tibicines,
rum numero 12 erant: in honorem item Caselii
insignis musicus à nob. dn. à Bartensleben cum
puero, qui diuina uoce accinuit Orpheo. Ni
desideratum fuit in omnibus. Omnia praec
splendida omnia, ut dignum est domo Case
Vestram excusationem hic reno auxit: et h
et qui ipsi sanguine iuncti, uestram demi
absentiam, plerique suspicari nonnihil nisi sunt
liqui ἐγκεκρίσθαι. Si uel unus è nobis prae

fuisset, hoc facile caruisset. Sed de his satis. De me nunc agitur. Vivo Caselio: sed quid futurum sit valde metuo: heros sumptus fecit, ita ut majores ferre non possit ipsius res familiaris, et, ut videtur, viam inveniet, qua se expediat ex istiusmodi molestijs: quod fiet, ubi amplam familiam contraxerit, et quietius vivat cum suis. Ego brumam horresco: nec est, quo me tuear adversus hyemis iniurias. Si natura integra, et corpore firmiore essem, non admodum laborarem; et mihi locus esset, ubi agerem tutius. Vale, et qua coepisti benevolentia me complectere. Sal. omnes, quos mihi amicos esse scis. Id quod te, vir humanissime, summopere rogo. Helmaestadio ex ac. Jul. XIV Kal. Novembr. CIↃ IↃ VC.

T.

Stud.

Michaël Rolaedus.

G.

Clarissimo doctissimoque
viro, dn. Joanni Schwarz
J. V. D. domino et
amico pl. observando

Parchinum.